Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8269
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ideo propter istam incertitudinem nihil
ex sæpe dicto textu probari potest,
per not: Bart. in L. 3. ff. de rebus dub.
Jas. in L. 1. n. 20. ff. de transaction. &
L. admonendi n. 48. ff. de Jureiur. Vbi
alios citat &c. quapropter negquam
moveri hoc textu debuit, Garzon. de
form. ad feud. recipiend. in 26. sua
resprict:

Ex his etiam non bene sensisse videtur, Andr.
Asciat. in respons. 160. incip. pro declara-
tione n. 24. vers. Et maxime hoc dicen-
dum est &c. Nec cum eo consentiunt
Doctores, quos ibid: ad. hunc specialem
casum allegat: Loquuntur enim in genere
de feudis non gratuito, oneroso titulo ac
quisitis, putantes, foeminam quoq; ad
istorum feudorum successionem admitti
debere &c. Imola etiam quem allegat
Brun: supra citato cons. 18. n. 9. scribit,
foeminam in feudo emptitio non succedere

Sed

Sic quoq; male respondisse videtur idem Asc.
respons. 162. n. 15. & 16. scribens, in ea
re, quam Vasallus Domino donavit,
vel potius insolutum dederit, ea lege,
ut